



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distributus

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

§. IV. Quam poenam incurrat celebrans in ecclesia polluta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

secrata, ut constat ex cap. solemnitates de consecr. dist. 1. & ideò tunc poterit à solo Sacerdote reconciliari glos. commun. recepta in c. ult. ver. lauetur de Consecr. eccles. hoc tamen intellige quoad ecclesias inferiores, non autem quoad Cathedraliam, quæ semper præsumitur consecrata: & ideò à solo Episcopo erit reconcilianda Ricc. in Prax. et supra p. 1. ref. 479.

S. III.

Cuius expensis reconciliatio Ecclesia polluta fieri debeat.

18 **R**esp quod debet fieri expensis eius, qui illam violavit, si certus sit; si verò violans nescitur, vel est pauper, reconcilianda est expensis Parochianorum Ricc. in collect. dec. 3264. p. 8. ubi verò adest in hoc particularis cōsuetudo, vel statutum, servari debet, ut d. idem Ricc. in collect. dec. 2247. p. 6.

S. IV.

Quam pœnam incurrat celebrans in ecclesia polluta.

19 **A**lij dicunt, celebrantem in ecclesia polluta ante reconciliationem esse interdictū ab ingressu ecclesie, ita Lap. quem refert, & sequitur Sylv. ven. consecratio 2. n. 9. per. cap. Episcoporum de Privil. in 6. Alij censent, illum esse suspensum, ut Azor. & Graff. apud Bonacin. tract. de matrim. q. 4. pun. ult. num. 26.

Alij putant, celebrantem incur-

rere irregularitatem, ut d. Hostien. in cap. ult. de Consecr. dist. 1. quem refert Megal. var. ref. to. 2. reso. 168. nu. 16. & ita etiam sentire videtur Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. resol. 262. ubi dicit, Sacerdotem esse irregularem, si celebraret contra prohibitionem superioris, qui expressè interdiceret celebratione diuinorum in loco violato.

20 Verum licet in tali ecclesia ante reconciliationem diuina officia celebrari non possint, nec mortui sepeliri, ut in cap. vn. de consecr. eccles. in 6. tamen qui talia ageret, nullam ex dictis pœnis incurreret, cum non sit in iure expressa Megal. loco cit. n. 17. Nau. cap. 25. nu. 83. Bonacin. qui de communi testatur in tract. de matrim. d. q. 4. pun. ult. nu. 26. ubi citat Sayr. lib. 5. de cœsur. cap. 14. num. 36. Henric. lib. 9. capit. 27. num. 7. & alios. quia tamen hæc faciendo temerè agit cap. 11. qui de sent. excomm. in 6. ideò potest suspendi iuxta cap. tuarum de Privil. vel alia pœna extraordinaria erit puniendus, ut d. Megal. d. ref. 168. n. 17. ubi alios refert.

SUMMARIUM.

- 1 Ecclesia antiquam consecrationem quando amittat.
- 2 Quid si tectum ecclesie corruerit.
- 3 Et quid si parietes ecclesie paulatim per partes decidant, & paulatim reparantur.
- 4 An cæmeterium violetur per parietum reparationem, vel constructionem.
- 5 Ecclesia consecrata iterum con-

Q² sec-